Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uidet. Nonnumquam uero non solum nobis eorum uirtutes asserunt
sed etiam casus innotescit. ut et in victoria fortium quid imi
tando arripere et rursus uidean[tur] in lapsibus quid timere
debeam[us]. Ecce enim iob describitur temptatione auctus. sed
dauid temptatione prostratus. ut et maiorum uirtus spem
nam foueat et maiorum casus ad cautelam nos humilitatis
accingat. quatenus dum illa gaudentes subleuant. ista me
tuentes premant. Et audientis animus illinc spei fiducia
hinc humilitate timoris erudiatur. nec temeritate supbi
at. quia formidine premitur. nec pressus timore desp[e]ra:
quia ad spei fiduciam uirtutis exemplo roboratur. Quadam
die cum uenissent filii dei ut adsisterent coram dno. adfuit
inter eos etiam satan. Intuere libet: quomodo sacra eloqa
in extordinis narrationum qualitates exprimunt terminosq;
causarum. Aliquando namq; a positione loci. aliquando
a positione corporis. aliquando a qualitate aeris. aliquan
do a qualitate temporis signant. qd deuentura actio
ne subiecit. Positione quippe locorum diuina scriptura -cum
exprimit subsequentium merita finesq; causarum. de israhe
le dicit. quia uerba dei in monte audire non potuit. sed
precepta in campestribus accepit. Subsequente minimum in
firmitate ppli indicans. quia ascendere ad summa nitua
tur sed semetipsum in infimis neglecte uiuendo laxatur.
A positione corporis futura denuntiat. sicut in apostolorum
actibus stephanus ibm qui ad caelestis uirtutis sedem stan
tem se uidisse manifestat. Stare quippe adiuuantis est.
Et recte stare cernitur: qui in bello certaminis opitulatur.
A qualitate aeris res subsequens demonstratur. sicut euan
gelista cum predicante dno nullos tunc exiudea credituros dicere
premisit dicens; hiemps autem erat. Scriptum